Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput octogesimum tertium. Jesus humilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

CAPUT LXXXII.

Jeſus teſtis Dei.

ISA. 43. 10. *Vos teſtes mei, dicit Dominus, & ſervus meus quem elegi.*

Iſa. 55. 4. *Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus.*

JOH. 3. 10, 11. *Reſpondit Jeſus, & dixit ei, Tu es Magiſter in Iſraël, & hæc ignoras? Amen, amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis.*

Joh. 3. 31, 32. *Et quod vidit & audivit, hoc teſtatur, & teſtimonium ejus nemo accipit. Qui accepit ejus teſtimonium, ſignavit quia Deus verax eſt.*

Joh. 8. 14, 18. *Reſpondit Jeſus, & dixit eis, Etſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, verum eſt teſtimonium meum ...... Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de me ipſo.*

Joh. 18. 37. *Reſpondit Jeſus, Tu dicis quia rex ſum ego; ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati.*

1. Tim. 2. 5, 6. *Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus, qui dedit redemtionem ſemetipſum pro omnibus, teſtimonium temporibus ſuis.*

1. Tim. 6. 13. *Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia in Chriſto Jeſu, qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato, bonam confeſſionem.*

1. Joh. 5. 7. *Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, & Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres unum ſunt.*

Apoc. 1. 4, 5. *Gratia vobis & pax ...... à Jeſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ.*

Apoc. 3. 14. *Et Angelo Laodiceæ Eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit Amen, teſtis fidelis & verus, qui eſt principium creaturæ Dei.*

CAPUT LXXIII.

Jeſus humilis.

PSALM. 21. 7. *Ego autem ſum vermis, & non homo; opprobrium hominum, & abjectio plebis.*

Pſalm. 34. 14. *Quaſi lugens & contriſtatus, ſic humiliabar.*

Pſalm. 87. 16. *Pauper ſum ego, & in laboribus à juventute mea; exaltatus autem, & humiliatus ſum, & conturbatus.*

Pſalm. 88. 39, & ſeq. *Tu vero repuliſti & deſpexiſti, distuliſti Chriſtum tuum: evertiſti teſtamentum ſervi tui, profanaſti in terra Sanctuarium ejus; deſtruxiſti omnes ſepes ejus, poſuiſti firmamentum ejus formidinem: diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam, factus eſt opprobrium vicinis: exaltaſti dexteram deprimentium eum, lætificaſti omnes inimicos*

MATTH. 11. 29. *Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde.*

Act. 8. 32, & ſeq. *Locus autem Scripturæ quem legebat, erat hic ...... In humilitate judicium ejus ſublatum eſt ..... Reſpondens autem Eunuchus Philippo dixit, Obſecro te, de quo Propheta dicit hoc? de ſe, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os ſuum, & incipiens à Scriptura iſta, evangelizavit illi Jeſum.*

2. Cor. 13. 4. *Nam etſi crucifixus eſt Jeſus ex infirmitate, ſed vivit ex virtute Dei.*

Phil. 2. 8. *Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem.*

Ebr. 4. 15. *Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris;*

ejus: avertiſti adjutorium gladii ejus, & non es auxiliatus ei in bello; deſtruxiſti eum ab emundatione, & ſedem ejus in terram colliſiſti: minoraſti dies temporis ejus, perfudiſti eum confuſione

Iſa. 52. 14. *Sicut obſtupuerunt ſuper te multi, ſic inglorius eſt, inter viros aſpectus ejus, & forma ejus inter filios hominum.*

Iſa. 53. 2, & ſeq. *Non eſt ſpecies ei, neque decor; & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſideravimus eum, deſpectum & noviſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem; & quaſi abſconditus vultus ejus & deſpectus, unde nec reputavimus eum ...... & nos putavimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo & humiliatum ...... & Dominus voluit conterere eum in infirmitate ...... & cum ſceleratis reputatus eſt.*

Jerem. 22. 30. *Hæc dicit Dominus, Scribe virum iſtum ſterilem, virum qui in diebus ſuis non proſperabitur: nec enim erit de ſemine ejus vir qui ſedeat ſuper ſolium David, & poteſtatem habeat ultra in Juda.*

Thr. 3. 45. *Eradicationem & abjectionem poſuiſti me in medio populorum.*

Dan. 2. 34, & ſeq. *Videbas ita, donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos ...... lapis autem qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & implevit univerſam terram ...... Secundum quod vidiſti quod de monte abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus oſtendit regi quæ ventura ſunt poſtea.*

tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato.

Ebr. 5. 7, & ſeq. *Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationeſque, ad eum qui poſſit illum ſalvum facere à morte, cum clamore valido ac lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia: & quidem cum eſſet Filius Dei, didicit ex iis quæ paſſus eſt obedientiam.*

CAPUT LXXXIV.

Jeſus contemtus, & odio habitus.

PSALM. 17. 18, 41, 44. *Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, & ab his qui oderunt me, quoniam confortati ſunt ſuper me. ...... Et inimicos meos dediſti mihi dorſum, & odientes me diſperdidiſti ...... Eripies me de contradictionibus populi; conſtitues me in caput gentium.*

Pſalm. 21. 8. *Omnes videntes me deriſerunt me, locuti ſunt labiis, & moverunt caput.*

Pſalm. 34. 16, 19. *Tentaverunt me, ſubſannaverunt me ſubſannatione, frenduerunt ſuper me dentibus ſuis. ...... Non ſupergaudeant mihi qui adverſantur mihi inique, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.*

Pſalm. 68. 6, & ſeq. *Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis: confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei injuſte: quæ non rapui tunc exolvebam..... Quoniam propter te ſuſtinui oppro-*

MATTH. 8. 34. *Et ecce tota civitas exiit obviam Jeſu: & viſo eo rogabant ut tranſiret à finibus eorum.*

Matth. 9. 34. *Phariſæi autem dicebant, In principe Dæmoniorum ejicit Dæmones.* Et Matth. 12. 24. Luc. 11. 15. Joh. 7. 20. & 8. 48, 52. & 10. 20.

Matth. 13. 57. *Et ſcandalizabantur in eo. Jeſus autem dixit eis, Non eſt Propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua.* Et Marc. 6. 3, 4. Luc. 4. 24. Joh. 4. 44.

Matth. 21. 42. *Dicit illis Jeſus, Numquam legiſtis in Scripturis, Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli?* Et Marc. 12. 10. Luc. 20. 17.

Marc. 3. 21, & ſeq. *Et cum audiſſent ſui, exierunt tenere eum: dicebant enim, quoniam in furorem verſus eſt. Et Scribæ qui ab Hieroſolymis deſcenderant, dicebant quoniam Beelzebub habet, & quia in principe Dæmonio-*